



# Disputatio de religione Christiana,

<https://hdl.handle.net/1874/423700>

Disputatio  
DE RELIGIONE CHRISTIANA,  
QVAM  
Deo iuuante,

S V B P R A E S I-  
DIO REVERENDI ET CLARIS-  
SIMI VIRI D. IACOBI ANDREÆ S. SAN-  
CTÆ Theologiae Doctoris & Professoris celeberrimi,  
Ecclesiæ Tübingerensis Præpositi, & Academiæ Cancel-  
larij dignissimi, præceptoris ac patroni sui fidelissi-  
mi, 30. & 31. Dec. horis & loco solitis, pu-  
blicè defendendam su-  
scipiet.

M. VITVS MULLERVS LIN-  
guarum Professor.



T U B I N G A,  
Apud Georgium Gruppenbachium,  
M. D. LXXXVI.

*STUDIOSÆ IVVEN-*  
*tuti in Academia Tubingenſi.*

JACOBVS ANDREAE D. S.

**C**VM in ferijs hisce Natalitij Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, omnibus omnium professionum studioſis à lectionibus publicis audiendis vacare liceat, viſum est, aliquot dies exercitio tribuere, quo præcipua Religionis & Doctrina Christianæ capitula publica Disputatione discutantur. Ad eas adolescentes vere pietatis studioſos, frequentes affuturos cum minimè dubitemus, breuitati ſtymul & perspicuitati in expediendis & ſoluendis argumentis ita ſtudebimus, ut quam plurimis opponendi locus eſſe poſſit. & conſientie, ſe que in quibusdam capitibus inuolutæ & captiuæ deinentur, veritatis Doctrina cœleſtis explicacione perspicua errorum vinculis liberentur. Benc & fæliciter valete.

MAIORVM AN-  
TIQVISSIMORVM FORTITVDI-  
NE HEROICA, ET SPLENDORE NOBILIS-  
simo: pietate, virtute, eruditione, præstantissimo, Viro: Domi-  
no LEOPOLDO CAROLO à Stein in Bübel,  
Domino suo S.

**N**ter alia infinita, quæ in nos miseros mor-  
tales, Deus clementissimus pro misericor-  
dia sua incredibili cōfert beneficia, nō po-  
strem est: quod afflictæ suæ Ecclesiæ hoc  
tristissimo ac deploratissimo seculo pios Magistratus  
largitur: qui vera Religionis curam, suscipiant, eamq;  
contra hostes innumeros incorruptam conseruare stu-  
deat. Cùm enim in hac delira & senescente mundi se-  
necta Diabolus, spiritus fornicationum, mirū in mo-  
dum sœuiat: cœlumq; terræ miscere studeat: impellens  
Hæreticos, Ecclesiæ Dei inimicos, ut quibuscunq; mo-  
dis fieri potest, membra Christi veneno falsæ doctrinæ  
inficiant: plurimū sanè conferunt, qui illas spiritua-  
les pestes perniciosissimas à corpore Ecclesiæ & mem-  
bris eius depellunt, & quam diutissimè saluam & inco-  
lumem conseruare conātur. In illorum numero cùm  
& tu sis, Vir nobilissime, qui nō modò veram Religio-  
nem es amplexus: verū etiam in omnes rationes intentus, vt illam in Ecclesia tua retinere, & ad posterita-  
tem quam fidelissimè propagare possis: præsentem  
hanc Disputationem, quam de sententia clarissimorū  
quotundam virorum, Ecclesiæ lumen, in me rece-  
pi, tibi inscribere, ac dedicare volui.

Cuius mei consilij rationes plurimæ sunt: insprimis  
vero, vt pro beneficijs maximis, collatis in me per bi-  
ennium ferè, quo concionatus sum in Bühel, cùm vi-  
cem meritis reddere non valeam, gratum animum sal-  
tem declarem: & maculam Ecclesiæ tuæ falso inustam  
abstergam. Cùm enim hactenus nonnulli dicere non  
erubuerint, Bühelenses, vt medio loco inter Luthera-  
nos & Pontificios constituti sunt: ita & mixtam ex  
vtraq; parte Religionem profiteri: meam fidem omni-  
bus testatam facere, hacq; Disputatione, in qua omnes  
**Articuli**, qui nostro tempore in controuersiam vocan-  
tut, comprehensi, Ecclesiam à calunnia, quantum po-  
tui, liberare conatus sum: vt scires, quæ nam, te absen-  
te, cum Reuerendo viro D. M. Matthia Cauto Pasto-  
re Kilchbergense, optimè de me & Ecclesia merito,  
subditis tuis, in summis angustijs & discriminibus, cùm  
vitæ corporalis, tūm æternæ animæ salutis propter pe-  
stem sœuissimè graffantem, constitutis, publicè pro  
concionibus, & priuatim ægrotantibus, proposucrim.  
Quæ quomodo Pontificio dogmati consonet, æquus  
lector intelligere facile poterit. Aeternum Deum oro,  
vt in agnita veritate te cum tota familia ad finem vitæ  
vsq; clementer conseruet ac tueatur.

E. T.

*reuerenter colens*

*Vitus Mullerus.*

# DE RELIGIONE CHRI- stiana Disputatio.

## POSITIO PRIMA.

**H**OMO, CREATVRARVM OMNIVM NOBIS  
liſſima, conditus est, vt Creatorem ſuum agnoveret: Gen. 2.  
agnitum, & in hac vita caduca vera pietate, ac morum  
ſanctimonia coleret: & in illa beata perpeſu celebaret. Gen. 2.  
2. Hoc modo ad finem ſuum tendens homo, perfecte  
beatam vitam tranſigit. Gen. 2.  
3. Vita autem beata dupliſimū ratione conſideratur: altera,  
qualis fuit ante lapsum: altera vero post hanc diariam, ac momentane- Gen. 2.3.  
am credentibꝫ expectanda. Rom. 6.  
4. Conditus enim fuit initio ad Dei imaginem, in vera ſanctitate &  
omnium virium obedientia, cognoscens Deum ratione eſſentia & volun- Ephes. 4.  
tatis, vt illa, quæ acie mentis perſpexit, & voluerit & potuerit: libertate Syr. 17.  
virium præditus. Gen. 2.3.  
5. Summa ergo dignitas & perfectio primi à Deo creati hominis, ab- Gen. 2.3.  
ſoluta omnibus numeris omniū rerum cognitio: Voluntas ad omne bonum  
promptissima: obedientia omnium virium ſpontanea: quibus in rebus  
omnibus ad fœlicitatem ipſi nihil deesse potuit.

6. In illa autem integritate & perfectione homo, mundi dominus non  
perficit: verum dolis ac fraudibus Malii illius circumuentus, corporalium Gen. 3.  
& aternarum pœnarum reus factus est.

7. Liberrima enim voluntate à mandatis Domini deflexit: mendacij Syr. 15.  
Diaboli, quam ſaluberrimis Dei admonitionibus potiorem fidem adhi- Eccl. 7.  
bens: id quod et ipſi & omni eius posteritati exitium ac exilium temporale Gen. 5.  
ac aternum attulit: cuius mali nos ſingulis momentis cum ceteris totius Ioan. 3.  
vniuersi mortalibus, pœnas triftiſimas luimus. Syr. 40.  
8. Amissa namq[ue] imagine Dei omnium pulcherrima: laruam Diabo- Iob. 7. 14.  
li induit: omniū rerum diuinarū ignarus ac iniustus redditus: ita, ut cordis Psal. 90.  
humani ſegmentum tantummodi malum fit a pueritia: in mente cecitas, Gen. 3. 5.  
ac tenebra: in voluntate inobedientia, & reliquo viribus contumacia. 1. Cor. 1. 2. 3.  
Ioa. 3. Gen. 6. 8.  
Ephe. 4. 5.  
1. Col. 2.

9. Dic non potest, quanta hinc sit orta verum omnium perturbatione  
quanta ignorantia, quanta tenebra: quibus & Protoplaster, & vniuersitatem  
cum illis posteritatem inuoluit Cacodemon ille, captiosis suis fraudibus  
ac dolis ad perditionem & perniciem nostram vsus.

10. Hallucinatur ergo Pelagi, Scholastici, ac Monachi, dicentes: Iustitiam originalem, in qua primus homo creatus, fuisse tantum ornatum  
quendam: ideoq; post amissam imaginem illam Dei, naturalia mansisse  
integra: quoad proprietates, qualitates & vires humanae naturae attinet.

11. Hinc affirmant: hominem suis viribus, quae adhuc habet reliqua.  
Legem Dei posse implere, inde etiam supererogare: Deum super omnia diligere:  
rationem deprecari ad optimam: ex dictamine rationis posse eligere &  
facere bonum: hominis voluntatem ex puris naturalibus posse se  
disponere faciendo, quod in se est, ad susceptionem gratiae: unde & meriti  
congrui ac condigni.

12. Errant quoq; Synergista: afferentes, in homine aliiquid virium  
reliquum, nec omnia esse corrupta, aut hominem ad spiritualia mortuum:  
sed ex se hominem consentire posse.

**Aug. de ha-**  
refib.  
**Aug. Ep. 28.**  
**Tom. 2**  
**Confes. Or**  
**thod. f. 326.**  
**330. 333. Itē**  
**in Epist. de**  
**Dic. a. 7. b. 3.**  
**Rom. 7**

13. Manichei, in contraria sunt opinione: peccatum originis non liberum arbitrio, sed substantia tribentes: peccata esse necessitatis. Ipsam enim boni Dei substantiam, animam scilicet, ex parte, qua capta est, corruptam esse, & ad peccandi necessitatem perductam: ipsum verè peccatum substantiam esse contrariam, & separatas subsistere posse. Flacius autem peccatum originis nihil inherens in natura hominis post lapsum: sed ipsam substantiam hominis esse censuit, aded, ut in non regeneratis nullum discriminem sit inter hominem et peccatum Originis admittendum: sed absq; rullo discrimine hominem ipsum, hoc est, substantiam, naturam & essentiam eius, peccatum originis esse.

14. His repugnat D. Apostolus: substantiam hominis, & peccatum, inherens eidem, diligentissime distinguens. Non ego, inquit, operor illud: sed quid in me habitat peccatum: video aliam legem in membris meis, repugnantem legimentis meæ: non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non intentio. Inuenio ergo legem, volenti mihi facere bonum: quoniam malum mihi adiacet.

**Aug. de nat.**  
**& grat. c. 2.**

15. Et ita peccata, à quibus Euangelium dicit salutem faciendum populum Christi, substantia non sunt: & spirituales homines distinguere debent.

debent inter peccatum Originale & creaturam. Manet in natura corrupta generatio: sed accessit illud Diaboli venenum, pruritus carnis ac fœdum libide: qua in natura integra accidere: Et ita nos separare debemus D. Luth. in Gen. cap. 4 Ibid. cum Mose vicia, qua peccatum Originis attulit in creatione & operibus Ibl. in ca. 22 Dei.

16. Ex cæcitate autem, mentis & voluntatis contumacia tanquam ex scaturigine, promanant ac profluent omnium generis mala: Concupiscentia, horribilis omnium virium totius hominis à Christo, que Legi Dei Gal. 5 maximè aduersantur, appetens: respuens illa omnia, que in ipsa præcepta ac mandata sunt. Rom. 8

17. Hinc Paulus ad Romanos scribens, per unius hominis inobedientiam peccatum in mundum intrasse, dicit. Rom. 5

18. Peccati autem stipendium ac merces cum sit mors: & illa cum ceteris malis corporalibus ac aëternis secuta: que ex aequo omnes, cum in Adam omnes peccauerint, inuidunt. Rom. 5, 6

19. Hoc modo cum à veris salutis aeternæ rationibus omnes homines defleterent: lege opus fuit: que non à Deo malo, vt Manichæi delirant: sed à Deo nostro Optimo Maximo profecta: vt scirent homines, quid Deus ab ipsis requireret, quid prohiberet. Psalm. 14 Rom. 3 Gal. 3 Ezech. 20

20. Hinc etiam errare patet Antinomos: qui docent, Christianis lege Dei opus non esse: cum per Spiritum sanctum renati sint: id quod in resurrectione regenerationis perfecta locum habet.

21. Legem illam, vt ad posteritatem fidelium propagaretur, conscripsi voluit Deus: à quo autore, illa scriptura, sacra dicta: in qua, quia Canonica & certissima, continentur omnia illa aperte & dilucide, que ad salutem eternam nobis sufficiunt. Deut. 6. 12. 17. 31 2. Pet. 1 2. Sam. 23 Gal. 6 Psal. 19. 119 Ioan. 20 Act. 20 Item. 1. 3. c. p

22. Hinc Apostolus dicit, quod non subterfugerit, quod minus omne Dei Consilium suis annunciat merit: quod omne deinde secundum Ireneum per voluntatem Dei in scriptis nobis tradiderunt Apostoli, fundatum, & columnam fidei nostre.

23. Errant ergo Papistæ, qui sacram Scripturam dubium, obscuram, imperfectam esse vociferantur, venditantes traditiones Apostolicas, quas scriptura sacra pliores, pleniores, certiores, adeoque firmissimum fidei fundamentum esse predican.

**De Eccl. hie** 24. Hinc Pighius dicit, Apostolos quedam conscripsisse, non, ut illa  
**xii. l. i. c. 2.** scripta praesent fidei & religioni nostra: sed ut subessent potius. Actan-  
 dem concludit, Ecclesiæ authoritatem non solum non inferiorem, non so-  
 lum parem: sed quodammodo & superiorem & notiorem esse authorita-  
 te sacra S. siquidem Ecclesia præcipuis scripturis impedita est Canonici-  
 em authoritatem: quam nec ex se, nec ex authoribus suis habeant.

**Ibid. cap. 4** 25. Et in re dubia, aut quacunq; excitata controuersia, ad fidem cer-  
 titudinemq; faciendam magis idoneam & efficaciorem esse Ecclesiastica  
 traditionis authoritatem: quam ipsas scripturas: cum clarior, magis  
 aperta, & planè inflexibilis sit traditio: cum contra scriptura obscura,  
 & in diuersas sententias trahi posse.

**2. Cor. 4** 26. Nos verò cum Apostolo dicimus: Quod si Euangelium nostrum  
 opertum est, in his, qui pereunt, opertum est, in quibus Deus huius secu-  
 li excœauit mentes infidelium, ne fulgeat illis illuminatio Euangeli glo-  
 ria Christi.

**Aug. contra Donat. lib. 2. cap. 6** 27. Afferimus cum Aug. ad examen non stateras dolosas, vbi appendi-  
 mus, quod volumus, & quomodo volumus, pro arbitrio nostro dicentes: hoc  
 graue est, hoc leue: sed afferimus diuinam stateram de scripturis sanctis  
 tanquam de thesauris Dominicis: & in illa, quid sit grauius appendix,  
 imò non appendix: sed à Domino appensa recognoscimus.

**Aug. contra Lite. Petil. l. 3. cap. 6** 28. Anathema enim secundum eundem, qui vel de Christo & Eccle-  
 sia: vel de ijs, que ad fidem, vitamq; nostram, aliud, quam quod in scri-  
 pturis legalibus & Euangelicis accepimus, annunciant.

**Psal. 51**  
**Iob. 14**  
**Rom. 1. 2. 3**  
**Gal. 3**  
**Deu. 27. 28**  
**Gal. 3**  
**Ioan. 3**  
**Ephes. 2.** 29. Ceterū cū homines in peccatis concepti ac nati, legi Dei mi-  
 nimè possent satiſfacere: sed subinde omnis generis sceleribus seſe pollue-  
 rent: facientes, que omittenda: omittentes, que facienda: Lex verò ni-  
 hilominus obedientiam Deo debitam, & quidem perfectissimam, quod  
 ad cogitationes, & actiones, requireret: ne genus humanum in aeternum  
 periret: Deus, misericordiae pater, aliam rationem adinuenit.

**Ephes. 1.** 30. Nam pro paterna sua & inexhausta clementia ac bonitate, ante  
**Ioan. 3. 5. 6.** seculi fundamenta in filio saluandos, elegit: cū hominem peccare vide-  
**Rom. 8.** ret: vt iam certò, qui credit, dicere posse: se in libro viuentium, & ele-  
 dum esse.

**Syr. 15**  
**March. 11**  
**Ioan. 1. 3**  
**Of. 13**  
**Eze. 18. 33** 31. Qua doctrina nulla damnationis culpa, hominum improborum,  
 in Deum transferri potest: cū omnes pariter vocet in filio suo: quem, à  
 Patre missum, cū homines incredibili recipere nolint: Deo profectò hoc  
 imputari non potest.

32. Errant

32. Errant ergo, qui dicunt: Deum ad exitium aeternum non nullos Bezae 9. c.  
ad Rom.  
condidisse, quos saluos fieri nolit.

33. Non solum autem eligit ac vocat: sed vocatos quoq; conseruat: ita, Rom. 8  
Matth. 10  
vt ne capillus de capite, sine Patris coelesti voluntate, decidat.

34. Nemo, inquit Christus in Ioanne, oves meas rapiet e manu mea. Ioan. 10  
2. Tim. 1  
Et Apostolus: Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum  
meum seruare in illum diem.

35. Delirant ergo Epicurei: negantes Deum curare res humanas: & Th. Ier. 3  
Ioan. 5.  
Stoici: afferentes, ipsum causis secundis alligatum.

36. Nec visione sua Deus vel primis parentibus, vel nobis peccantibus 1. Tim. 2  
Psalm. 5.  
Rom. 5  
necessitatem peccandi intulit: cum homo primus liberrima voluntate  
lapsus sit, in quo nos omnes peccavimus.

37. Viuo ego, inquit, nolo mortem peccatoris: sed vt conuertatur & Ezecl. 18. 33  
Matth. 18  
viuat. Non est voluntas patris, vt pereat unus de pusillis, qui credunt.

38. Ignorant itaq; homines illi gratiam Dei ineffabilem, qui misit fi- Psalm. 2  
lium coessentialm, ab aeterno a se genitum, in plenitadine temporis ex Gal. 4  
muliere, factum legis obnoxium: vt eos, qui sub lege erant, redimeret: vt Ioan. 6. 3  
adoptionem acciperemus, & omnis qui credit in eum, non periret: sed ha-  
beret vitam aeternam.

39. Assumpit autem corpus & animam, vt virumq; redimeret: id Naz. in na-  
tiv.  
quod Photinus & Appollinaris negarunt.

40. Hac de missione filij, quando a nobis dicuntur, non intelligimus Ioan. 14  
ipsum a Patre & Spiritu sancto habere separatam essentiam: cum tres il- Marc. 12  
la distincte personae sint unus essentia Deus. Eph. 4  
Deut. 6  
1. Tim. 2  
1. Cor. 8

41. Etsi enim alijs sunt multi Dij: quemadmodum quidam: vt V- Lib. 1. Trip.  
lentiniani triginta finixerunt: Gentes in numeros: Epicurei nullum esse hist. c. 13. 14  
persuasum habent: Manichei duos: alterum bonum, alterum malum: 15. li. 2. c. 9.  
Marcion ιησος μονοχρότορα, causam mali, inconstantem: & πλήρωμα & 11. l. 3. c. 10  
πάντων, priori contrarium: nos tamen sacris innixi literis, vnum, aet- Hist. Eccl. 7.  
num, Opt. Max. credimus. c. 5. l. 10 ca.

42. Trinitati contrariantur: Arius, filium verè & naturā Deum, ne- 29  
gans: Sabellius vnam tantum personam, & Trinitatem tantum in no- In 7. libell.  
minibus non in rebus ac subsistentijs distinctis subsistere, afferens: Maho- de errorib.  
meiste: Seruetus renonians Samosateni heres: Photinus & alijs. Trip. lib. 5.  
cap. 6

Prouer. 3  
Mich. 5  
Iacob. 5  
Ioan. 1  
I. Cor. 1

Trip. lib. 5,  
cap. 41.

I. Cor. 12

Gen. 3.12  
Ela. 7  
Ioan. 1  
Rom. 1  
Gal. 4

I. Ioan. 5

I. Cor. 2  
Aitor. 20

Rom. 8

Ioan. 1  
I. Tim. 3

Ioan. 14

43. Hū contradicit Spiritus sanctus, vocans Filium sapientiam, quae est eternus Patris Filius: egressus eius ab initio & à diebus seculi: vt simus in vero eius filio Iesu Christo: hic est verus Deus & vita eterna. Ipse met dicit: se ab aeterno cum Deo: per se omnia condita.

44. In persona tertia errauit Arius, eā seruū Patris appellans: Eunomiū Arū dogma propugnans: Macedonius creaturam Spiritum S. afferens.

45. Diuīns aut̄ Apostolus longē aliter nos edocet dicens: Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: diuīsōnes gratiarum sunt, idem autem Spiritus: Et diuīsōnes ministratiōnum sunt, idem autem Dominus. Et diuīsōnes operationum, idem aut̄ Deus, qui operatur omnia in omnibus, quo loco essentiale Dei nomen, Iehouah, S. S. tribuitur.

46. Marcionis & Manichai hæreses, filium Dei spiritualem carnem cœlītūs in uterum Mariæ Virginis detulisse, & per eam, sicut aqua per canalem fluit, transisse, Prophetæ & Apostoli fatis perspicue refutant: vocantes eum semen mulieris, Abraha, virginis filium, Immanuelem, in carne nostra Deum, Verbum carnem factum, factum ex semine David secundum carnem, factum ex muliere, quod etiam ex proprietatibus humanae naturæ patet.

47. Tres itaq; sunt, qui testimonium perhibent: Pater, Λόγος, Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.

48. Ipsum autem Dei filium, (contra Valentinianos: negantes ipsum ex Maria Virgine: & Manichæos, simulatè assumpſisse statuentes) vere incarnari, opus fuit: quia infinitus Deus offensus, infinitam peccatorum pœnam, & perfectam legi debitam obedientiam requirebat: quam purus homo prestare non potuit. Vnde Deus passus: & suo sanguine Ecclesiam redemisse dicitur.

49. Hinc Apostolus: Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum: vt iustitia legis impleretur in nobis.

50. Due illæ naturæ, diuina eterna & humana inenarrabili ac imp̄eruestigabili modo vnitæ sunt: vt vnum constituant ὑψηλὴν εὐοπ̄: neque in eternum separantur.

51. Nulla autem h̄c est fingenda crassa conglutinatio, qua res naturales & corporeæ mutuo contactu sibi inuicem extremitatis iungantur, aut complexu aliquo inuicem includantur, aut misceantur.

52. Neḡ, etiam sola Diuinitatis presentia in homine Christo definire potest inseparabilis & perpetua personalis ypsio. Deus enim etiam in An-

gelis

**¶**  
¶ felis & beatis hominibus est, à quibus in eternum non separabitur: cum 1.Thess. 4  
quibus tamen personaliter unitus dici non potest.

53. Hallucinantur autem, qui verbalem & Grammaticam naturam,  
earumq; idiomatum, in Christo communionem introducunt: qua  
homini Christo, seu humanitati eius, preter maiestatu, qua diuinitatis  
propria est, nomen, nihil tribuant: veritate rei denegata. Quaratione  
non plus dignitatis & eminentiae in natura Christi humana inesset, quam  
in quibusvis alijs hominibus.

54. Res enim omnes creatae, visibiles & invisibilis, quicquid sunt, à Ephes. 4  
Deo habent: à quo, praesente in ipsis, souentur, & sustentantur. Actor. 17

55. Reuicienda quoq; illorum opinio: qui statuunt, Christo quidem  
enulta, magnaq; communicata: non autem omnia diuinitatis dona: quo  
modo in sanctorum Angelorum ordinem redigeretur.

56. Sacra enim Scriptura omnem ei in cœlo ac terra potestate datam Matt. 28  
pronunciat. Omnia, dicit Psaltes, sub pedibus eius subiecisti: constituens Psalm. 8  
eum ad dexteram in cœlestibus super omnem principatum ac potestatem, Ephes. 5  
& dominium, & omne nomine, quod nominatur non solum in hoc, sed eti-  
am futuro seculo,

57. Non enim ad mensuram dedit filio Spiritum: Pater diligit fili- Ioan. 3  
um: & omnia dedit in manus eius.

58. Diligenter autem nos andam discriminem inter communicationem  
Idiomatum humanae naturæ, & communicationem Idiomatum diuinae:  
qua propter eandem humanae adscribuntur.

59. Et si enim mutua & reciproca est: alia tamen atq; alia propter na-  
turarum diueritatem eius ratio est: quod diuinæ propter immutabilita-  
tem nihil perfectionis accedere posse: humana vero,  
qua mutabilis est, in summam sublimitatem exaltata sit.

60. Sic quoq; quoad presentiam persona Christi in terra, non singen- Col. 2  
da est Christi hominis è v. q. vñlcv. quæ sit à Diuinitatis presentia separa-  
ta: cum in ipso omnis plenitudo Deitatis corporaliter habitet.

61. Hac vera ac reali plenitudinis omnium diuinitatis communicatione,  
natura humana cum diuina non miscetur aut aboletur: sed quod diuina  
natura ex se, per se, ex sua natura, proprietate sue naturæ, habet: id  
xat' à No propter Unionem, humanae communicatur.

62. Non. n. ita unita est Diuina natura humanae, vt nihil eorū, que  
Diuinitatis propria sunt, eidem cōmunicet: cū cōmunicatio Idiomatiū  
definitionem Unionis Personalis ingrediatur: eamq; verè factam esse, de-  
monstrat.

63. Errat ergo Nestorius, qui Idiomatum communicationem non intelligens, concedere noluit naturae humanae, propria Diuina Nature in concreto attribui posse per participationem: quem errorem etiam Zviungliani & Calviniani hodie profrentur & defendere conantur.

Luc. 1

1. Cor. 2

Act. 20

64. Expressè enim Angelus dicit: quod ex te nascetur, filius Altissimi vocabitur. Si Dominum gloria agnouissent, non crucifixissent. Deus suo sanguine Ecclesiam acquisiuit.

65. In altero extremo peccauit Eutyches, qui in Christo Redemptore nostro post Unionem non duas: sed unam duntaxat naturam predicari debere afferens: carnem eius naturam similem negans: humanitatem à Diuinitate absorptam & Deificatam, opinatus est: quem & Schyuenckfeldius, non concedens Christum post glorificationem creaturam esse, sequitur.

Ioan. 1

Ephes. 1

Matt. 28

Ioan. 3

66. Hunc errorum perniciosum multa sacre Scriptura illustria impugnant testimonia, Verbum carnem factum: filium Marie ad dextram Dei sedere: cui data omnis potestas in celo & in terra: cui Pater omnia dederit in manus: eaq[ue] omnia secundum humanam naturam: cum secundum diuinam omnia habeat. Hinc Ecclesia canit: Hodie Deus homo factus: & quod erat, permanxit: & quod non erat, assumpit.

Col. 3

67. Et ita illa communicatione perfectionis, humana natura à diuina non absorbetur: sed exornatur: propter quod ad dexteram Dei sedere dicitur, & super omnia exaltata: & ita non absoluta & solita: sed ex solita, non essentia: sed communicatione potentia, humanitatem Diuinitati exequamus.

Exod. 15  
Psal. 118. 18.

77.

Esa. 48

Ephes. 1

Ephes. 4

68. Dextera verò Dei non significat certum locum: quia apud Deum nec dextrum, nec sinistrum: sed infinitam, & immensam Dei potentiam, sapientiam, virtutem, maiestatem.

69. Propter illam communicatam humanae naturae omnipotentiam, cælum & terram, etiam quatenus homo est, implere dicitur.

Matt. 18. 28

70. Cum enim omnipotentia Dei & ipse Deus sint unum, & nunquam separantur: hac verò communicata natura humanae: quomodo evagyrat

Dei aliquibus rebus adesse posset, à quibus vel Diuina, vel humana Diuina ynita, esset separata?

Ioan. 3

Col. 2

71. Vbi cung[ue] enim Deus est, ibi totus est, cum humana quoque natura: cum Unio definitur communicatione: quod omnis plenitudo Diuinitatis in ipsa inhabitet corporaliter.

72. Et

72. Et quoniam triplex corporis Christi consideratio: Physica, qua Heb. 8 proprietatibus & affectionibus naturalibus praditum fuit: altera, qua Phil. 3 iam est glorificatum corpus: & maiestatis, secundum hanc in consortium Diuinitatis assumptam, & maiestatis eiusdem participem enunciamus, Ioan. 3 quamvis eam Diuina natura per se, humana propter Unionis mysterium habeat.

73. Quemadmodum ergo homo Christus à plenitudinis Dei inhabitatione corporali accepit omnem potestatem super omnia, qua & in cælo, Matth. 28 & in terra sunt: ita & modum, quo rebus omnibus, quibus praest, etiam Matt. 18 adsit.

74. Hanc ob causam, etiam quatenus homo, secundum sacram Scripturam adoratur. Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gentes servient illi: omnes Gentes deprecabuntur eum: adorent eum omnes Angeli eius. Psalm. 98  
Ez. 11  
Heb. 1

75. Quanquam verò plenariam omnium potestatem acceperit, & in forma Dei fuerit: non tamen rapinam arbitratus est, esse aqualem Deo: Phil. 2 sed euacuauit se, formam servi sumens, & habitu, ut homo, inuentus.

76. Quoad officium eius, Rex, Sacerdos, & mundi Saluator est.

77. Constitui Regem meum super Sion, montem sanctum meum. Rex Psalm. 2 tuus venit tibi iustus: Dabit imperium Regi suo, & sublimabit cornu Zach. 9 Christi sui. I. Reg. 2

78. Malè faciunt autem Iudei, qui sibi mundanum Regnum imaginantur. Item Nepos cum Chiliafis, mille annis antererum consummatiōnem, ante quam in regnum cœlestē traducerentur Christiani, in mundo dominaturum.

79. Huic etiam Regno contrariantur Diabolus & Antichristus Pontifex Romanus, homo peccati & filius perditionis, qui est aduersarius & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut colitur: sedens in templo Dei, ostentans se, tanquam Deus: vocans se Episcopum vniuersalem: Tit. 1 quod vel solum certissimum, secundum Gregorium I. Sedis Romanae Episcopum, Antichristi signum est. 2. Thess. 2 Greg. lib. 6. Ep. 194.

80. Sacerdos est, qui vnica oblatione consecrauit in perpetuum eos, Heb. 10 qui sanctificantur.

81. Salvatorem ipsum nobis Esaias depingit: Verè languores nostros Eccl. 53. ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: vulneratus est propter iniurias nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostra super eum, & liuore eius sanati sumus. B. 3 82. Hanc

- Dan. 9      82. Hanc ob causam in mundum missus est, non, ut dominaretur?  
sed ut inserviret, & pateretur: ac patiente genus humanum Patri suo reconciliaret.
- Matth. 20      83. Dicit n. ipse, non venisse filium hominis, vt sibi ministraretur: sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.
1. Pet. 2. 2  
Ephes. 1. 2  
Colos. 1.  
Psalm. 68  
A&or. 1  
Matth. 25  
1. Theff. 4  
Rom. 4  
Rom. 8  
2. Cor. 5
84. Ideo traditus est Iudeis, casus, crucifixus, ad inferos descendit, mortuus atq. sepultus.
85. Resurrexit, & ad caelos ascendit: vt ostenderet, se in caelis quoq. habere potestate, redditurus ad iudicium ultimo die, iudicare viuos ac mortuos.
86. Hinc Apostolus dicit: ipsum traditum propter peccata nostra: & resurrexisse propter iustificationem nostri.
87. Hoc modo paenam peccatorum Christus Redemptor sustulit: iustitia pro nobis factus.
- Quae omnia quam fidelissime apud animos nostros sunt deponenda: cum fructus amplissimus illarum rerum praestantissimarum in nos redundet.*
- Ioan. 3. 6  
Rom. 3.  
Esa. 53
89. Si enim haec beneficia vera in Christum fide amplexi fuerimus, nobisq. applicauerimus: verè iusti pronunciabimur, & heredes vita eternæ efficiemur.
90. Testatur enim Propheta: quod seruus Domini iustus cognitione sui iustificaturus sit multos: cum iniuriantes eorum portauerit.
- Ioan. 3  
In Epist. ad R. & Gal.
91. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat: sed habeat vitam eternam.
92. Et quod ex gratia, & merita Dei misericordia, illa nobis continent: ex illustribus Pauli testimonij patet: quibus gratiam & merceritatem: donum ac meritum: opera & gratiam, vt prorsus contraria, opponit: quorum alterum tollat alterum.
- Rom. 4
93. Ei enim qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam: sed secundum debitum: ei vero, qui non operatur: sed credit in eum, qui iustificat impium, fides sua imputatur ad iustitiam.
- Rom. 11
94. Quod si per gratiam, iam non ex operibus: quandoquidem gratia iam non est gratia: sin ex operibus, iam non ex gratia: quandoquidem opus iam non est opus.
- Gal. 2  
Epact. 2
95. Si per Legem est iustitia, Christus frustra mortuus. Gratia est si seruatis idq. qd ex vobis: per fidem: Dei donum est, non ex operibus: ne quis glorietur.
96. Improbanda ergo & damnanda Sophistarum, ac Monachorum opinio.

opinio: qui docuerunt, Patriarchas, Legis naturae: Israëlitas, Legis Mosaicæ: Christianos, legis nouæ Euangelicae perfectioris, quam Christus legislator tradiderit, obseruatione, iustificatos & saluatos. Nulla enim Matth. 5 noua lex in novo Testamento proponitur: sed legis explicatio, à Pharisæis olim, & hodie à Papistis depraavata in eo continetur.

97. Errat etiam Schyuenckfeldius, qui falso persuasus fuit, homini regenerato non solum non impossibile: sed etiam facilissimum esse, præceptis Dei satisfacere: quemadmodum & Anabaptista perfectionem operum, quæ Deus in nobis agat, fingunt.

98. Nam quod ad iustitiam imputatiæ, qua coram Deo credentes in Christum iustificantur, non pertineant qualitates, aut opera nostra: sed prorsus excludenda sint: Paulus illis exclusiuis docet: absg. lege: absque operibus Rom. 3. Gal. 2. Gratia: Dei donum est: non ex operibus. Gal. 2. Rom. 3. Tit. 3. Rom. 3. Tit. 3.

99. Quibus, cum reliquis Patribus sinceroribus, Augustinus consenit: gratiam Christi, sine quæ nec infantes, nec atæ grandes salvi fieri possunt, nō meritis reddi: sed gratia dari: ppter quod & gratia nominatur. Aug. de natura & gratia contra pel. cap. 7-

100. Toto ergo cælo Papistæ errant, qui in iustificationis negocio, merito Christi perfectissimo opellas nostras imperfectissimas adiungunt: imdæ absolute mereri pronunciant. In Cens. Col. Ies. Tho. Aqu.

101. Malefactum etiam in eo, quod neglecto vnioco inter Deum & homines Mediatore à Deo Patre misso, D. Virginem Mariam in locum filij Dei substituunt: quam Dominam omnipotentem vocant: cuius pedes, quibus Antiqui serpens caput calcauerit, adorentur.

102. Hinc Psalterium, Epitome Bibliorum totum corruptum ad Mariam translatum: Litania ad ipsam directa: Ave Maria cum pulsu campanæ quotidie decantata, additis à Pontifice Indulgencij.

103. Venire quoque debere ad ipsam omnes, qui laborant & onerati sunt: ut det refrigerium & solatium animabus: sedere eam ad dexteram Dei: Deum omnes gratias faciendas ipsi commisisse: quod sit lumen ad revelationem Gentium: mediatrix inter Deum & nos, saluationis, coniunctionis, iustificationis, reconciliationis, intercessionis, communicationis. Vnde & Hortuli Animæ: Rosaria: processiones solennes, & id genus alia infinita.

104. Contra Christus Saluator, inquit, venite ad ME, omnes, qui laboratis & onerati esitis, Ego reficiam vos. Ego torcular calcei solus, & de Esa. 63. Matt. xi. Genti-

Ex Antid.  
Animæ:

Bernhardi-  
nus in suo  
Mar.

Ex cursu ho-  
rat. Mar. V.

Esa. 42.  
Psalm. 50  
Exod. 20  
Deut. 6  
Esa. 43  
Ioan. 6

**Gentibus non est Vir mecum: gloriā meā alteri non dabo, nec laudem meā sculptilibus. Inuoca me in die tribulationis, ego eripiam te: non habebis Deos alienos præter me. Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles: ego deleo iniquitates tuas: quicunq; venit ad me, eum non ejciam foras.**

Esa. 52. 61

Acto. 10

**105. Hoc est latum nuncium, quod nos in summis & corporis & animae discriminibus constitutos erigit, de quo Petrus: quod sit sermo, quem misit Deus filiis Israël, annuncians pacem per Iesum Christum, qui omnium Dominus: cui testimonium ferunt omnes Prophetæ, quod remissionem peccatorum accepturus sit, quisquis in eum crediderit.**

Ephes. 2

I. Ioan. 1.3

I. Tim. 1

Gal. 2

Acto. 15

Rom. 9

Gal. 2

Rom. 2.3.4

**106. Hec maxima bona per veram in Christum fidem nobis applicatur, ut quamvis mali simus naturâ: imputatione tamen Christi meritorum in conspectu Dei Patri & simus & habeamus iusti.**

**107. Hec quod ita sese habeant: Paulus suo exemplo declarat dicens: semisericordiam consecutum, ut Christus ostenderet omnem clementiam: ad exprimendū exemplar ijs, qui credituri essent in ipsum ad vitâ aeternâ.**

**108. Ad Galatas de sua aliorumq; Iudeorum fide: Et nos in Christum Iesum credimus, ut iustificemur ex fide Christi.**

**109. Et de Gentibus Petrus: Deus testimonium perhibuit illis: dans eis Spiritum sanctum, sicut & nobis: nihilq; discrevit inter nos & illos, cum fide purificauerit corda illorum.**

**110. Gentes qui non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: Iustitiam autem eam, qua est ex fide. Scimus quid non iustificetur homo ex operibus Legis, nisi per fidem Iesu Christi. Iustificati gratis per gratiam ipsius sine operibus Legis.**

**111. Frustra ergo sancti constituti sunt à Pontificijs opitulatores, illisq; templis dedicata distributis officijs inter illos ad certas necessitates, ad quorum imagines factus concursus, & imagines adoratae. Hinc ordines Monachorum innumerabiles, opera supererogationis superflua vendentes, receptis mundi opibus.**

**112. Frustra etiam Missa sacrificium celebratur in hunc finem, ut reconciliationem cum Deo miseri homines consequantur.**

I. Ioan. 2

I. Ioan. 1

Psalms. 130.

**113. Impingunt etiam grauiissime Nouatiani: opinantes, lapsos post Baptismum nequaquam recipiendos: cum tamen Christus pro omnibus totius mundi peccatis satisfecerit: & sanguis Christi nos ab omni, quantumcunq; sit, peccato, credentes in ipsum mundet. Ipse redimet Israël ab omnibus iniquitatibus eius.**

**114. Dica-**

114. Dicamus ergo nos cum patribus sinceroribus, vnam fidem iustificare vniuersorum temporum sanctos. Leo ser. 14.  
de nat.

115. Et quoniam fides sperandarum substantia, & non apparentium Heb. 11. argumentum quotidie a Diabolo, mundo, carne nostra propria varijs tentationibus percellitur: confirmetur subinde in angustijs illis & discriminibus necesse est.

116. Hanc ob causam Christus noster dulcissimus Sacra menta instituit: & in illis cum omnibus suis beneficijs seipsum nobis offerens, fidem nostram labas centem & infirmam, erigit atque confirmat. 1. Ioan. 5

117. Hinc Paulus dicit, Abraham signum circumisionis, signaculum Rom. 4 Iustitiae fidei accepisse: hoc est, testimonium & diuinum sigillum, quo Deus, tanquam literis, testatus, eum esse in gratia.

118. Huic circumcisioni in N. T. Baptismus succedit, qui est lauacrum Col. 2 regenerationis & renovationis in Spiritu sancto: que effudit in nos abunde per Iesum Christum: cum iustificati ipsius gratia haeredes simus secundum spem vita aeterna. Tit. 3

119. Nam quia omnes in peccatis concipiuntur, ac nascimur, & ita natura filii irae, ac inimici Dei: sanguine suo nos Christus, etiam infantes credentes, in Baptismo lauans, mundos ac immaculatos reddit. Psalm. 52 Ephel. 2 1. Ioan. 1 Col. 1

120. Hinc D. Apostolus dicit: Christum dilexisse Ecclesiam, & seipsum tradidisse pro ea: vt illam sanctificaret: mundans eam lauacro aqua in verbo, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam aut aliiquid eiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata. Ephel. 5

121. Hoc modo cines caelestes reddimur, participes vera felicitatis, Phil. 3 omniumq; bonorum caelestium.

122. Inter illa bona haud postremum, quod saluator proprium suum Matth. 26 in cruce pro nobis oblatum corpus ac sanguinem in remissionem peccato- Mar. 14 rum effusum, sub pane ac vino manducandum ac bibendum, in mysterio Luc. 22 tamen, communicat. 1. Cor. 11

123. Sacramentale autem hoc corpus vocamus, non quod duo vel plura Christi corpora sint: naturale, gloriosum, in maiestate constitutum & Sacramentale: sed quod alio modo idem corpus Christi in cena presentis sit, quam quo in cruce passum est.

124. Nullo ergo modo dubitandum est, hac ratione corpus Christi cena videntibus dignis & indignis, id quod Zwingiani negant, longe presentius adesse: quam ipsum ministrum, per cuius manum hoc Sacramentum dispensatur.

125. Quemadmodum enim Diuinitas res condit as non extra se int̄er-  
etur: quod indigentia esset argumentum: sed in se ipsa: in qua sunt, ratio-  
tione, qua earum causa est: ita & humanitati Christi eam maiestatem  
tribuit unio personalis & sessio ad dexteram Dei, ut non eminē aliquid  
adspiciat: sed in se presentem habeat rerum omnium veritatem.

126. Hinc Lutherus comparationem inter humanitatem Christi cui se  
λόγος communicauit, & oculum humanum, qui ab anima informatur,  
instituens, dicit: cum oculus humanus corporis minutissima pars propter  
informationē anima totū hemisphaerii in momento apprehendere posse:  
multò magis admiranda opera, alias Deitatis propria, propter communica-  
tionem Idiomatum diuinae nature, humanae assump̄e adscribenda.

127. Hec quia se ita habent: non offendere nos debet varietas pbra-  
suum, quibus in huius mysterij descriptione utimur, dum corpus Christi  
in pane, sub pane, cum pane, distribui dicimus.

128. Cum enim ratio dexteræ Dei sit ineffabilis, quæ modum ineffabili-  
lem quoq; corpori Christi tribuit: quatenus illud in summa maiestate  
collocatum, que est super omnia, in omnibus & per omnia: humana lin-  
guia propter intellectus nostri imbecillitatem balbutire cogitur.

129. Damnanda autem prophanaatio Cœna Dominicæ horrenda ad  
Missarum nundinationes: in quibus se sacrificies offerre iactitant pane con-  
secrato, & in Christi corpus mutato, sacrificium verè propitiatorium pro  
peccatis viuorum, suis, & aliorum, & mortuorum: pro redemptione ex  
purgatorio fictio, spectrorum apparitionibus comprobato.

130. Reicienda pari ratione Scholasticorum Doctorum opinio: Sa-  
cramenta vtentibus ex opere operato conferre gratiam: si modo non quis  
obicem ponat. Nam Sacra menta propter promissionem diuinam, si fide  
percipientur, conferunt gratiam: & augent dona Spiritus sancti in no-  
bis.

131. Errant etiam Zuigliani, qui verba Cœna tropicè intelligenda  
esse: & pane ac vino, corpus & sanguinem Christi duntaxat significari,  
afferunt.

132. Confirmata autem fides nostra corpore & sanguine Christi vero,  
que sunt viuisficius cibis ac potis, non est ociosa: sed se exerit, bonos  
fructus, preces, gratiarum actionem, patientiam in calamitatibus, &  
alias virtutes proferens.

133. Que y faciamus tota sacra scriptura hortatur. Conditi enim  
sumus

*Sunt ad bona opera: cum finis praecepti sit charitas ex puro corde, conscientia bona, & fide non simulata.*

Ephes.  
1. Tim. 1.

*134. Qui timent Dominum credunt verbo eius: & qui diligunt ipsum, seruant mandata eius. Qui timent Deum, faciunt quae placent illi: & qui diligunt eum, verè seruant legem.*

Syrah. 2.

*135. Quamvis enim à causis iustificationis propter imperfectionem bona opera excludamus: nihilominus tamen illa propter plurimas causas facienda.*

*136. Pénitentia enim est salutaris hominis peccatoris ad Deum conuersio, qua agnitus peccatis ex lege Dei, de ipsis dolens, fide concepta ex Euangelio dulcissimo in Christum se erigit: quam sequuntur bona opera pénitentibus digna.*

Matth. 3.  
Marc. 1.

*137. Pontificij tres esse partes pénitentiae opinantur, contritionem cordis: confessionem oris: & satisfactionem operis: quas alteram post naufragium tabulam appellant: qua peccantes, & gratia Dei excidentes cum Deo in gratiam redire posint: ubi nullam trib. illis partibus faciunt mentionem Christi Mediatoris, per quem solum Deo Patri reconciliamur: omittentes fidem, sine qua impossibile est placere Deo: omnium quoque peccatorum enumerationem, id quod impossibile est, faciendam docent.*

*138. Hanc pénitentiam, ut & coniugium & ordinem, cum nullum habeant elementum diuinitus institutum, cum confirmatione & extrema unctione, promissionem gratuitæ Dei misericordie non habentia, à numero sacramentorum excludimus.*

*139. Pénitentiam autem veram requiri Christus & Apostoli docent AA. 26.  
In omnem regionem dicit D. Paulus, Iudeæ, & gentibus, annunciaui: ut pénitentiam agerent: & conuerterent se ad Deum: opera facientes digna ipsis, qui respuerunt.*

*140. Hac sunt sacrificia Noui Testamenti, de quibus loquitur D. Apostolus: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpore vestre hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationalem cultum vestrum.*

Rom. 12.

*141. Quæ omnia, ut rectè administrentur Deus sibi omni tempore Ecclesiam collegit, quæ fidelissimus illarum rerum prestantissimarum custos*

C 2 est: id

*est: id quod ex historia sacra, & continua sanctorum Dei hominum successione, patet.*

- 1. Pet. 2**      142. Hinc Iudei atq<sub>z</sub> adeò omnes Christiani, genus electum, regale  
**Exod. 4**      Sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitus, filius primogenitus, dicuntur.  
**Gen. 12. 15.**      143. Illum collegit per apparitiones & reuelationes peculiares per  
**18. 22. 28.**      ministerium Prophetarum, Regum, Christi ipsiusmet, Apostolorum, aliorumq<sub>z</sub> piorum Ecclesie & ministrorum, sincerum Dei verbum purè docentium: miracula item, quibus doctrina confirmata.  
**Exod. 3. 4.**      144. Vocantur ad illam omnes nationes. In semine tuo benedicentur  
**19. 20.**      omnes Gentes: omnes Gentes, quas cung<sub>z</sub> fecisti, venient, & adorabunt  
**2. Sam. 23**      coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.  
**Ator. 2. 3**      145. Et quod nulli certo loco alligata esse debeat, Petrus testatur, in-  
**Ioan. 20**      quiens: Re ipsa comporio, quod non sit personarum respectus apud Deum:  
**Gen. 12. 22**      sed in quauis Gente, qui timet ipsum, acceptus est illi.  
**Psalm. 68**      146. Vobis facta est promissio (de Iudea loquitur) & filii vestris: atq<sub>z</sub>  
**Ator. 9**      omnibus, qui longè sunt, quoscunq<sub>z</sub> aduocauerit Dominus Deus noster.  
**Ator. 2**      147. Euangelium enim est potentia Dei, ad salutem omni credenti,  
**Rom. 1**      Iudeo primum ac Graco.  
**Matth. 13**      148. Quia verò multi hypocrita & impy interdum sese insinuant &  
**1. Cor. 3. 15**      scandalum præbent: docendi, monendi, corripiendi, & pro diuersitate cir-  
**Matt. 16. 28**      cumstantiarum, excludendi quoq<sub>z</sub> sunt.  
**Ioan. 20**      149. Fit autem illud per ordinariam potestatem Ecclesiasticam: que  
**Ephes. 1. 5**      Apostolis & omnibus eorum legitimè vocatis successoribus, à Christo qui  
**Col. 1**      unus & solus est caput Ecclesie, data est.  
**Ephes. 4**      150. De hac vocatione loquitur Paulus: Dedit alios Apostolos, alios  
 Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, alios Doctores: ad instaurati-  
 onem sanctorum, in opus administrationis, in edificationem corporis  
 Christi: donec perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij  
 Dei in virum perfectum.  
**1. Tim. 4**      151. Maxima ergo beneficia ministri donis necessarijs ad diuinum il-  
**Rom. 10**      lud munus instructi, & legitimè ab iis, qui illam potestatem habent, vo-  
 cati, in vniuersum genus humanum conferunt: quamvis à pleriq<sub>z</sub> in hoc  
 mundo contemnantur.  
**2. Tim. 4**      152. Hac autem potestate abusus est Antichristus ad exhausti-  
 mundi thesauros, prohibens coniugium ac cibos, quos Deus creauit: sa-  
 tisfactionem operum à Deo nou mandatorum requirens: arrogans sibi cla-  
 nem

nem scientia ac potestatis, nullis legibus & finibus circumscribat: qui, quod vult, regna etiam mundi transferre, ac Imperatores pro sua libidine deponere, prestare posse: habens omnia iura in scrinio pectoris sui.

153. In defectu peccant, Donatista, Anabaptista & Schyuenckfeldius, quorum hic cum Enthusiastis, negavit virtutem verbi predicationis & Sacramentorum: cum Spiritus sanctus intrinsecus doceat. Cui repugnat Paulus dicens: Deo placuisse, per stultam predicationem saluos facere credentes: illi vero malorum ministeriorum ministerium efficax esse negant: nullos malos Ecclesia vera admixtos opinantes: singetes sibi cum Schyuenckfeldio talem Ecclesiam, que nunquam in his terris reperta: cum semper mali bonis admixti.

154. Hæc de infirmitatibus Christianorum in Ecclesia vera quando à nobis dicuntur: non aperimus fenestrarum hominibus malis scandala dantibus, & libertate Christiana ad omnis generis scelera abutentibus, quos repudiamus: verum illam ad liberationem ab hostibus Spiritualibus, Ioan. 3. damnatione Legis, & tyrannide Diaboli, mortis ac inferni imperio: ad Gal. 4. 5. ceremonia Mosaica & traditiones humanas, quibus Deus frustra colitur, restringimus. Gal. 3. Matt. 11. 15.

155. Porro, ut commodior sit in Politia viuendi ratio, Magistratus à Gen. 9. Deo datus, qui impios & improbos paenit cohercat, pios vero & bonos Rom. 13. premij afficiat.

156. Hunc statum Anabaptista tollere conantur, negantes etiam, licei rei judicia exercere, secundum leges ciuiles ius dicere: iuramentum legitime à Magistratu delatum praestandum, praesitum seruandum: contra huc ac rerum proprietatem, sed omnia debere esse communia: que refutatione non indigent.

157. Quod Magistratus in Civitate, parens in Oeconomia præstat: Gen. 2. 9. que non minus, quam ceteri vita ordines, Deum authorem habet.

158. Hisce omnibus gloria Dei nostri & utilitas proximi, tanquam 1. Cor. 10. ultimus finis, ad quem omnia referri debent, proposita est.

159. Et quia in his versantibus, Diabolus dies noctesq; insidiatur: in 1. Pet. 5. ministerium horum Angelis sunt, ut curam eorum quam fidelissimam Psalm. 91. habeant. Heb. 1. Matt. 18.

160. Huius Spiritus mali instrumenta sunt Heretici, quos magno numero omni tempore, ut Ecclesiam, Politiam & Oeconomiam perturbarent, excitauit. 1. Reg. vlt. Dan. 10.

- Psal. 37. 73. 161. Quamvis verò ut plurimum in hoc mundo pīj impīj fæliciores  
 2. Cor. 1. videntur: non tamen pīj offenduntur, corripiente Domīno bonos, ne cum  
 1. Pet. 4. hoc mundo pereant: improbos verò clementia sua ad pœnitentiā inuitat̄.  
 1. Cor. 11. 162. Circumferunt enim pīj, quamdiu in hoc mundo viuunt veterem  
 Esa. 18. 29. Adamum, qui nīs frenetur, ad omnis generis peccata incitat. Vnde Da-  
 Rom. 7. sid: Bonum mihi Domine, quod corripsi me, ut discerem iustificationes  
 Psal. 119. Icremi. 31. tuas.  
 Iohann. 3. 163. Hanc ob causam castigantur, & tandem ipsi quoq; morti obij-  
 ciuntur: quaetamen propter Christum ip̄is non obest.  
 Gen. 3. 164. Quamvis enim sepeliantur: in sepulchris tamen retineri non pos-  
 Ioh. 19. sunt: sed tandem propter Christum victores euadunt.  
 Esaiz. 62. 165. Resurgent enim in ultima die eadem illa ad numerum corpora,  
 1. Cor. 15. quib; Anima in hoc mundo prædictæ fuerunt: longè tamen aliter sese ha-  
 bentia, quod ad proprietates attinet, quamvis ratio humana, Epicurei,  
 Sadducei, & ali⁹ illam negent.  
 Luc. 21. 166. Diesille, quem antefores esse, multa signa & prodigia decla-  
 Matth. 25. rant, ostendat: pios verè fælices.  
 Ibidem. 167. Congregabuntur enim pīj, qui verè in Christum crediderunt,  
 Iohann. 6. fidemq; suam omnis generis bonis operibus declararunt, ad vitam ater-  
 nam: impīj verò damnabuntur: id quod ex multis sacra Scriptura testi-  
 monijs patet.  
 168. Neq; præter hos duos locos tertius quidam (de quo Papistæ fabu-  
 lantur, & Purgatorium vocant) vel Philosophicis, vel Theologicis ratio-  
 nibus probari potest.  
 169. Hæc itaq; una ac sola doctrina est, qua homines peccatores suā  
 x. Tim. 1. naturā inimici Dei, remissionem peccatorum per fidem veram in Christi  
 meritum consequi, omniumq; bonorum cœlestium participes fieri possunt.  
 170. Quæ quia ex viuis & limpidissimis Israëlis fontibus hæsta, &  
 ex ijsdem comprobata: firmissime corde credimus ac ore confitemur.  
 AEternus Deus in illa fidei simplicitate contra omnes furores Diaboli &  
 hominum peruersorum machinationes ad extreum vitæ spiritum vsg;,  
 nos paternè conseruet ac tueatur: vt & in hoc mundo per omne vitæ tem-  
 pus, & in illo beato aeo in eternum cum omnibus electis Redemptorem  
 nostrum cum Patre & Spiritu sancto laudemus & celebremus, Amen.

FINIS.

## C O R R I G E N D A

Prior num. thesin, poster. lin. notat.

19. 3. pro qua, lege qua. 15. penult. pro qua, l. quæ. 23. in marg. pro  
eau. l. can. 41. 4. leg. κοσμονοματορε. 42. Marginal. (qua incipi-  
unt: Lib. i. Trip.) ad hanc thesin referenda sunt omnia. 43. in marg.  
1. Cor. 1. 1. Col. 1. 48. 2. leg. simulare carnem assump. 50. 2. 1. v@15a

μενον. 63. 2. comma, quod post voculam (humanæ) positum est, leg.  
post vocabulum (propria.) 65. 2. pro vnionem, leg. adscensionem.  
101. 1. 1. Malè faciunt. 110. 1. pro qui, l. quæ. 118. 3. pro cum, leg. vt.  
138. 3. 1. habentibus. 114. in marg. pl. 63. 1. 26. 161. Esa. 18. 29. 1. 26.  
28. 165. Esa. 62. 1. 26.

OCN 68509482

W-O-R-K-S-H-A-P

WORKSHOP

WORKSHOP